ELEGIÆ QUÆDAM PROPERTII

SUETHICIS VERSIBUS EXPRESSAE ANNOTATIONIBUS-
QUE INSTRUCTÆ.

COMMENTATIO ACADEMICA,

QUAM

PERMISSU AMPL. ORD. PHILOS. UPSAL.

PRO GRADU PHILOSOPHICO

P. P.

SVENO LUDOVICUS SJÖBLOM,
PH. CAND. SCHOLÆ GOTHOB. ADIUNCTUS.

GOTHOBURGI
TYPIS J. A. GRANBERG.
MDCCCLXIX.

PROPERTIUS.

ELEGIÆ LIBRI PRIMI I—VIII.



Sexti Aurelii Propertii

Elegiarum

Liber primus.

I.

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis,
Contactum nullis ante cupidinibus.
Tum mihi constantis dejecit lumina fastus
Et caput impositis pressit Amor pedibus,
Donec me docuit castas odisse puellas
Improbus et nullo vivere consilio;
Et mihi iam toto furor hic non deficit anno,
Cum tamen adversos cogor habere deos.
Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores
Sævitiam duræ contudit Iasidos.
Nam modo Partheniis amens errabat in antris,
Ibat et hirsutas ille videre feras;
Ille etiam Hylæi percussus vulnere rami
Saucius Arcadiis rupibus ingemuit.
Ergo velocem potuit domuisse puellam:
Tantum in amore preces et benefacta valent.
In me tardus Amor non ullas cogitat artes
Nec miminit notas, ut prius, ire vias.
At vos, deductæ quibus est fallacia lunæ
Et labor in magicis sacra piare focis,
En agedum dominæ mentem convertite nostræ
Et facite illa meo palleat ore magis.
Tunc ego crediderim vobis et sidera et amnes
Posse Cytaines ducere carminibus.

Sexti Aurelii Propertii
Elegier.

Första boken.

1.

Cynthia var det, hvars blick först slog mig, arme, i bojor,
Mig, som aldrig förut träffats af lidelsens glöd.
Amor mig nödgade då att sänka de trotsiga blickar,
Hårdt på mitt hufvud han ock tryckte sin segrande fot.
Slutligen lärde han mig — den tyranniske — hata de kyska
Flickor och lefva ett lif utan besinning och sans.
Ack, denna dårskap ren mig året igenom beherrskat,
Under det att likväl gudarnes vrede mig tryckt.
Trotsande faror, besvär, Milanion kunde ju, Tullus,
Stolta arkadiska möns hjerta betvinga till slut.
Än, ett lidelsens rof, i Parthenii grottor han irrar,
Borstiga vildsvins spår söker hans spanande blick;
Än, af ett kraftigt slag från Hylei klubba bedöfvad,
Han för Arkadiens fjäll tolkar med suckar sitt qval.
Så han till slut ju betvang snabbfotade flickan och erfor,
Hvad uti kärlekens land bön och bedrifter förmå.
Amor för mig deremot sina konstgrepp alla förgätit;
Vägar, som förr han känt, trampar ej mera hans fot.
Derför till Er, som förstån med magiska konster att draga
Månen från himmelen ned, signande altarets härd,
Vill jag nu vända min bön: ack, böjen den älskades hjerta;
Gören dock blek hennes kind — blekare ännu än min!
Då jag skulle Er tro med trolldomssånger från Kolchis
Stjernornas banor förmå vända och flodernas lopp.

Aut vos, qui sero lapsum revocatis, amici,
Quærite non sani pectoris auxilia.
Fortiter et ferrum sævos patiemur et ignes,
Sit modo libertas, quæ velit ira, loqui.
Ferte per extremas gentes et ferte per undas,
Qua non ulla meum femina norit iter.
Vos remanete, quibus facili deus annuit aure,
Sitis et in tuto semper amore pares.
In me nostra Venus noctes exercet amaras,
Et nullo vacuus tempore defit amor.
Hoc, moneo, vitate malum! Sua quemque moretur
Cura, neque assueto mutet amore locum.
Quod si quis monitis tardas adverterit aures,
Heu referet quanto verba dolore mea!

II.

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo
Et tenues Coa veste movere sinus?
Aut quid orontea crines perfundere myrrha,
Teque peregrinis vendere muneribus,
Naturæque decus mercato perdere cultu,
Nec sinere in propriis membra nitere bonis?
Crede mihi, non ulla tuae est medicina figuræ:
Nudus Amor formæ non amat artificem.
Aspice quos summittit humus formosa colores,
Ut veniant hederæ sponte sua melius,
Surgat et in solis formosius arbutus antris,
Et sciat indociles currere lympha vias.
Litora nativis collucent picta lapillis,
Et volucres nulla dulcius arte canunt.
Non sic Leucippis succendit Castora Phoebe,
Pollucem cultu non Hilaira soror,
Non, Idæ et cupido quondam discordia Phoebo,
Eveni patriis filia litoribus,
Nec Phrygium falso traxit candore maritum
Avecta externis Hippodamia rotis;
Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,

I, mina vänner, som sent den fallne nu kallen tillbaka,
Skaffen dock bot för ett bröst, såradt af kärlekens pil!
Får jag förkunna blott fritt, hvad förbittringen lägger på tungan,
Modigt fördraga jag vill stålets och lågornas qval.
Leden i fjärran min stråt öfver land eller svallande vågor,
Der blott en qvinna ej vet vägen, den biltoge valt!
I deremot, hvilkas bön upptages med mildhet af guden,
Stadnen; och sämja och tro hägne Ert sälla förbund!
Mig med nattliga qval anfäktar nu kärleksgudinnan;
Ro ej ett ögonblick lemnar mig kärlekens gud.
Derföre flyn, jag besvär, mitt öde! Enhvar vid sin låga
Dröje och kaste ej bort kärlek bepröfvad och van!
Men om ditt öra försent du åt dessa förmaningar lånat,
Ack, mina ord en gång sorgligt besanna du skall.

2.

Säg, hvad båtar väl dig, min älskling, att lockarne smycka,
Hölja i Koisk drägts luftiga veck din gestalt,
Eller att dränka ditt hår i orontisk doftande myrra,
Pråla med smycken, du lånt fjärran från främmande land,
Att ditt naturliga skick vanställa med bjefs ifrån torget,
Lemmarnes egna behag hindra att bryta sig fram?
Tro mig, för denna gestalt ej skönhetsvatten blef blandadt;
Konstlös kärlekens gud hatar förkonstling och flärd.
Skåda ett blomhöljdt fält! Hvad färgprakt möter ditt öga!
Se murgrönan! Den slår skönast vid klippan sitt skott.
Yppigast mjölonriset vid ensliga grottan sig höjer;
Bäcken sin bana ju vet; sjelf han bestämmer sitt lopp.
Stenar med vexlande färg, oslipade, prunka på stranden;
Fogeln i villande skog ljufligast höjer sin sång.
Ej för ett lånadt behag brann Kastor af kärlek till Febe,
Ej med sitt pyntade skick vann Hilaira hans bror.
Grannlåtssmyckad ej sågs Marpesa på fädernestranden,
Der mot Apollo sjelf Idas hon förde till kamp.
Falsk den skönhet ej var, som förmådde den frygiske älskarn
Röfva med utländskt spann Hippodamia som brud.
Nej, hennes hy var skär, som Apelles' pensel den tecknat;

Qualis Apelleis est color in tabulis.
Non illis studium vulgo conquirere amantes:
Illis ampla satis forma pudicitia.
Non ego nunc vereor, ne sim tibi vilior istis:
Uni si qua placet, culta puella sat est;
Cum tibi præsertim Phoebus sua carmina donet
Aoniamque libens Calliopea lyram,
Unica nec desit jucundis gratia verbis,
Omnia quæque Venus quæque Minerva probat.
His tu semper eris nostræ gratissima vitæ,
Tædia dum miseræ sint tibi luxuriæ.

III.

Qualis Thesea jacuit cedente carina
Languida desertis Cnosia litoribus,
Qualis et accubuit primo Cepheia somno
Libera iam duris cotibus Andromede,
Nec minus assiduis Edonis fessa choreis
Qualis in herboso concidit Apidano:
Talis visa mihi mollem spirare quietem
Cynthia non certis nixa caput manibus,
Ebria cum multo traherem vestigia Baccho,
Et quaterent sera nocte facem pueri.
Hanc ego, nondum etiam sensus deperditus omnes
Molliter impresso conor adire toro;
Et quamvis duplici correptum ardore iuberent
Hac Amor hac Liber, durus uterque deus,
Subiecto leviter positum tentare lacerto
Osculaque admota sumere et arma manu,
Non tamen ausus eram dominæ turbare quietem,
Expertæ metuens iurgia sævitiæ;
Sed sic intentis hærebam fixus ocellis,
Argus ut ignotis cornibus Inachidos.
Et modo solvebam nostra de fronte corollas
Ponebamque tuis, Cynthia, temporibus,
Et modo gaudebam lapsos formare capillos
Nunc furtiva cavis poma dabam manibus,

Skimrande ädelsten prydde ej hennes gestalt.
Dessa ej äflades stort att ur hopen beundrare samla,
Skattade blygsamt skick högre än skönhetens glans.
Ej dock fruktar jag nu, att du högre skall skatta de andre:
Flickan, som älskas af en, nog utaf smycken ju har;
Helst som Apollo beskärt dig sångens gudomliga gåfva,
Och den aoniska mön villigt sin lyra dig skänkt.
Ljuf är din stämmas musik; i ditt tal bor kraften att tjusa;
Pallas och Venus dig skänkt gåfvor i rikaste mått.
Så du förblifver alltjemt för min själ osägeligt dyrbar,
Blott af hjertat du kan hata den ömkliga flärd.

3.

Lik den knosiska mön, då på Naxos' ödsliga stränder,
Lemnad af Theseus' köl, matt hon försjönk uti sömn;
Lik Andromeda, när, från den fängslande klippan befriad,
Hon uti drömmarnes famn frihetens sötma förnam;
Lik Menaden, som, trött af festernas hvirflande kordans,
Vid Apidanos' strand valt sig en grönskande bädd;
Sådan jag Cynthia såg: på slumrerskan barmen sig häfde,
Hufvudet hvilade lätt mot hennes domnade arm,
Då från en dryckesfest ostadig på foten jag hemgick,
Och i den töckniga natt slafvarne svängde sitt bloss.
Ännu ej helt min sansning beröfvad, till henne jag söker
Närma mig, sänkande tyst vid hennes sida mig ner.
Glödande var den passion, som mig jägtade: Amor och Bacchus,
Båda befallande strängt, läto mig känna sin makt,
Bjödo mig slingra min arm kring slumrande flickan så sakta,
Kyssar med hjelp af min hand röfva i kärlekens strid;
Dock jag vågade ej den älskades hvila att störa,
Fruktade gräl och förtret — ofta jag sådant förnam.
Ögat jag höll dock spändt på henne, som Argus på Ios
Undransväckande horn riktade städse sin blick.
Än från min panna en krans af doftande rosor jag löste,
Fäste, o Cynthia, den kring dina tinningar ömt,
Än min glädje det var att ordna de svallande lockar,
Än i din öppnade hand lade jag äpplen i smyg;

Omniaque ingrato largibar munera somno,
Munera de prono sæpe voluta sinu.
Et quotiens raro duxti suspiria motu,
Obstupui vano credulus auspicio,
Ne qua tibi insolitos portarent visa timores,
Neve quis invitam cogeret esse suam;
Donec diversas percurrens luna fenestras,
Luna moraturis sedula luminibus,
Compositos levibus radiis patefecit ocellos.
Sic ait, in molli fixa toro cubitum:
„Tandem te nostro referens iniuria lecto
Alterius clausis expulit e foribus?
Namque ubi longa meæ consumpsti tempora noctis,
Languidus exactis, hei mihi, sideribus?
O utinam tales perducas, improbe, noctes,
Me miseram quales semper habere iubes!
Nam modo purpureo fallebam stamine somnum,
Rursus et Orpheæ carmine, fessa, lyræ;
Interdum leviter mecum deserta querebar
Externo longas sæpe in amore moras,
Dum me jucundis lapsam sopor impulit alis:
Illa fuit lacrimis ultima cura meis.“

IV.

Quid mihi tam multas laudando, Basse, puellas
Mutatum domina cogis abire mea?
Quid me non pateris vitæ quodcumque sequetur
Hoc magis assueto ducere servitio?
Tu licet Antiopæ formam Nycteidos et tu
Spartanæ referes laudibus Hermionæ,
Et quascumque tulit formosi temporis ætas:
Cynthia non illas nomen habere sinet,
Nedum si levibus fuerit collata figuris,
Inferior duro iudice turpis eat.
Hæc sed forma mei pars est extrema furoris:
Sunt maiora, quibus, Basse, perire iuvat:
Ingenuus color et multis decus artibus et quæ
Gaudia sub tacita ducere veste libet:

Gåfvor af tusende slag jag åt sömnen så offrar; — försmådda,
Från ditt svällande bröst ständigt de rullade ned.
Men så ofta en suck du drog, och bröstet sig häfde,
Lättrörd häpnade jag, anande smärtor och qval;
Fruktade än, att din dröm afskräckande skepnader tedde,
Än att en främling dig tvang offra åt honom din tro.
Slutligt när månen sitt sken genom fönstren på väggen från sidan
Kastar beställsamt och vill skåda, hvad döljs i dess skygd,
Öppnar de lekande strålarnes glans den sofvandes öga,
Och, emot armen stödd, talar hon så från sin bädd:
„Har då en gång till mitt läger dig återförvisat en annan
Flickas bestraffning, som stängt porten och jagat dig bort?
Säg, hvar i natt du förnött de timmar så långa, du lofvat
Mig? Ack, matt du nu är; stjernorna luta till fall.
O att du, grymme, en gång dock kände de nattliga qvalen,
Mig, olyckliga, städs du med din grymhet beredt!
Än uttröttad jag sökt vid sländan sömnen att vinna,
Än uppstämde jag till Orphei lyra min sång.
Stundom ock tyst för mig sjelf jag öfvergifven har klagat,
Att uti främmande famn ofta och länge du dröjt,
Tills den bevingade Gud mig sänkte i drömmarnes armar:
Yttersta medlet det var mot mina tårar, mitt qval.“

4.

Hvad är, o Bassus, din plan, då för mig du prisar så många
Flickor? Ack, månne du vill vända från Cynthia min håg?
Låt mig i ro — jag ber — af de pröfvade bojorna fjettrad,
Njuta hvad lifvet ännu bär i sitt sköte för mig.
Gerna du prise för mig Hermiones tjusande former
Eller den fägring, som gjort fräjdadt Antiopes namn;
Prisa de qvinnors behag, dem skönhetens sekel har fostrat: —
Cynthia segrens krans tager från alla likväl;
Också förvisso hon skall, med ringare skönheter jemförd,
Pröfvande domarens stol lemna som segrande part.
Ringaste målet dock är för min kärleksberusning gestalten:
Ädlare gåfvor hon har; ljuft är att brinna för dem.
Värdigt skickar hon sig och hon prydes af många talanger,
Ljufliga fröjder hon ock skänker i tystnadens stund.

Quo magis et nostros contendis solvere amores,
Hoc magis accepta fallit uterque fide.
Non impune feres: sciet hæc insana puella,
Et tibi non tacitis vocibus hostis erit;
Nec tibi me post hæc committet Cynthia, nec te
Quæret: erit tanti criminis illa memor
Et te circum omnes alias irata puellas
Differet: heu nullo limine carus eris.
Nullas illa suis contemnet fletibus aras,
Et quicumque sacer, qualis, ubique, lapis.
Non ullo gravius tentatur Cynthia damno,
Quam sibi cum rapto cessat amore deus,
Præcipue nostro. Maneat sic semper, adoro,
Nec quicquam ex illa quod querar inveniam.

V.

Invide, tu tandem voces compesce molestas
Et sine nos cursu, quo sumus, ire pares.
Quid tibi vis, insane? meos sentire furores?
Infelix, properas ultima nosse mala
Et miser ignotos vestigia ferre per ignes
Et bibere e tota toxica Thessalia.
Non est illa vagis similis collata puellis:
Molliter irasci non solet illa tibi.
Quod si forte tuis non est contraria votis,
At tibi curarum milia quanta dabit!
Non tibi iam somnos, non illa relinquet ocellos:
Illa feros animis alligat una viros.
Ah mea contemptus quotiens ad limina curres,
Cum tibi singultu fortia verba cadent,
Et tremulus mæstis orietur fletibus horror,
Et timor informem ducet in ore notam,
Et quæcumque voles fugient tibi verba querenti,
Nec poteris, qui sis aut ubi, nosse miser.
Tum grave servitium nostræ cogere puellæ
Discere, et exclusum quid sit abire domum;
Nec iam pallorem totiens mirabere nostrum,
Aut cur sim toto corpore nullus ego.

Derför vårt kärleksförbund, ju mer du det sträfvar att slita,
Starkare blir, ty vår tro dubbelt vi skänka hvarann!
Strafflös lär du ej bli: min flicka ditt brott skall få veta,
Och ursinnig hon skall smädelser spara ej då.
Snart hon ej vågar förtro mig åt dig, ej söka ditt sällskap;
Aldrig förgäta hon skall, hvad emot henne du bröt;
Vredgad hon sprider nog ut bland öfriga flickor ditt rykte,
Snart hvar tröskel — o ve! — lärt sig att hata din fot.
Icke ett altar skall hon försmå att med tårar bestänka,
Icke en sten, blott den är helgad, hvarhelst den än står.
Ej af någon förlust plär Cynthia bittrare träffas,
Än då kärlekens gud flyr, och med honom hans skänk.
Mest dock fruktar hon mig att förlora. Ack blifve, jag beder,
Sådan hon städs, att hon ej stämmer till klagan min sång!

5.

Afundsamme, ack, tig då en gång med ditt tröttande käbbel,
Låt oss vandra vår stråt sida vid sida i ro!
Dåre, hvad önskar du väl? att känna de qval, mig förtära?
Hvarför brådskar du så hän mot ditt säkra förderf?
Olycksalige, vet: du trampar på hemliga eldar,
Bägarn tömma du får, fylld med Thessaliens gift.
Hon jemföras ej kan med de irrande tärnor från gatan;
Vredgas hon, tro mig, ej band lägger hon då på sin harm.
Dock om måhända din bön hennes hjerta förmår att beveka,
Ack, mångtusendefaldt sorger bereder hon dig.
Snart skall hon störa din sömn, dina ögon i ro icke lemna,
Hon, hon ensam förmår fjettra de stoltaste män.
Ack, hurn ofta du skall, försmådd, till min tröskel dig skynda,
När uti jämmer och gråt trotsiga orden förbytts,
När under tårar och sorg du genombäfvas af rysning,
Och dina anletsdrag vittna om fruktan och qval;
Klagan höja du vill: ej ett ord frambringar din tunga;
Känner dig sjelf icke mer, icke den plats, der du står.
Då skall du pröfva af tvång det ok, som min flicka dig pålagt,
Utstött älskares qval skall du dig lära förstå.
Då ej så ofta du skall min blekhet förvånad betrakta,
Min aftärda gestalt väcker din undran ej mer.

Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti:
  Nescit Amor priscis cedere imaginibus.
Quod si parva tuæ dederis vestigia culpæ,
  Quam cito de tanto nomine rumor eris!
Non ego tum potero solatia ferre roganti,
  Cum mihi nulla mei sit medicina mali,
Sed pariter miseri socio cogemur amore
  Alter in alterius mutua flere sinu.
Quare, quid possit mea Cynthia, desine, Galle,
  Quærere: non impune illa rogata venit.

VI.

Non ego nunc Hadriæ vereor mare noscere tecum,
  Tulle, neque ægæo ducere vela salo,
Cum quo Rhipæos possim conscendere montes
  Ulteriusque domos vadere memnonias;
Sed me complexæ remorantur verba puellæ,
  Mutatoque graves sæpe colore preces.
Illa mihi totis argutat noctibus ignes
  Et queritur nullos esse relicta deos,
Illa meam mihi iam se denegat, illa minatur,
  Quæ solet ingrato tristis amica viro.
His ego non horam possum durare querelis:
  Ah pereat, si quis lentus amare potest!
An mihi sit tanti doctas cognoscere Athenas
  Atque Asiæ veteres cernere divitias,
Ut mihi deducta faciat convicia puppi
  Cynthia et insanis ora notet manibus,
Osculaque opposito dicat sibi debita vento
  Et nihil infido durius esse viro?
Tu patrui meritas conare anteire secures
  Et vetera oblitis iura refer sociis.
Nam tua non ætas umquam cessavit amori,
  Semper et armatæ cura fuit patriæ,
Et tibi non umquam nostros puer iste labores
  Afferat et lacrimis omnia nota meis.
Me sine, quem semper voluit fortuna iacere,
  Hanc animam extremæ reddere nequitiæ.

Icke skall heller din börd för din kärlek vara dig nyttig,
Amor aktar ej stort åldriga anornas glans.
Men huru noga du än din motgång sökt att fördölja,
Snart dock, så ärad du är, blir du en visa i sta'n.
Jag då icke förmår dig trösta, hur än du mig beder,
Ty för mitt eget qval finnes ej helande ört.
Nej, af gemensam glöd olyckliga, skola vi båda
Uti hvarandras famn tvingas att klaga vår nöd.
Derför fråga ej mer, hvad Cynthia mäktar, o Gallus:
Kommer hon än på din bön, kommer med straffet hon ock.

6.

Väl jag ej fruktar med dig, o Tullus, att Hadrias vågor
Pröfva och styra min färd till det egeiska haf;
Vid din sida jag trygg de ripeiska bergen bestege,
Fjärran vid Memnons stad trampade villigt min fot;
Dock qvarhåller mig här min mö med böner och famntag;
Vexelvis hennes kind färgas af purpur och snö;
Natten igenom hon slugt för mig sin låga beskrifver,
Klagar, att gudar ej mer finnas, om henne jag flyr.
Ren hon bedyrar, att mig hon försmår; hon hotar som flickan
Plägar, i smärta försänkt, hota den man, henne svek.
Ack, denna klagan numer uthärdar jag icke en timme:
Ve öfver älskarn, som kan svalna från lidelsens glöd!
Bör jag då skatta så högt att det vittra Athen lära känna
Eller att skåda det guld sekler till Asien fört,
Att min Cynthia må, när min farkost lupit ur hamnen,
Smäda mig och med sin hand, rasande, sarga sin kind;
Lofva att kyssar ge åt den vind, som fördröjer min affärd,
Säga: af allt är dock värst mannen, som sviker sin tro?
Du, fördunkla den glans, som med skäl omstrålar din farbror,
Bundsförvandter, som glömts, skänk deras frihet igen!
Aldrig ditt lif du har overksam åt kärleken egnat;
Strider och fädernesland städse ha eldat din håg.
Aldrig — så är ock min tro — den bevingade pilten dig bringar
Alla de mödor och qval, jag under tårar har rönt.
Mig deremot, som bestämts af ödet till ringhet för alltid,
Låte du egna mitt lif troget åt dårskapens tjenst!

Multi longinquo periere in amore libenter,
In quorum numero me quoque terra tegat.
Non ego sum laudi, non natus idoneus armis:
Hanc me militiam fata subire volunt.
At tu, seu mollis qua tendit Ionia, seu qua
Lydia Pactoli tingit arata liquor,
Seu pedibus terras seu pontum carpere remis
Ibis et accepti pars eris imperii,
Tum tibi si qua mei veniet non immemor hora,
Vivere me duro sidere certus eris.

VII.

Dum tibi cadmeæ dicuntur, Pontice, Thebæ
Armaque fraternæ tristia militiæ,
Atque, ita sim felix, primo contendis Homero,
Sint modo fata tuis mollia carminibus,
Nos, ut consuemus, nostros agitamus amores
Atque aliquid duram quærimus in dominam;
Nec tantum ingenio, quantum servire dolori
Cogor et ætatis tempora dura queri.
Hic mihi conteritur vitæ modus, hæc mea fama est,
Hinc cupio nomen carminis ire mei.
Me laudent doctæ solum placuisse puellæ,
Pontice, et iniustas sæpe tulisse minas;
Me legat assidue post hæc neglectus amator,
Et prosint illi cognita nostra mala.
Te quoque si certo puer hic concusserit arcu,
Quod nolim nostros evoluisse deos,
Longe castra tibi, longe miser agmina septem
Flebis in æterno surda iacere situ,
Et frustra cupies mollem componere versum,
Nec tibi subiiciet carmina serus Amor.
Tum me non humilem mirabere sæpe poetam,
Tunc ego romanis præferar ingeniis,
Nec poterunt juvenes nostro reticere sepulcro:
„Ardoris nostri magne poeta iaces.“
Tu cave nostra tuo contemnas carmina fastu:
Sæpe venit magno fenore tardus Amor.

Många med fröjd sin tro in i dödens stund ha bevarat;
Bland deras skara ock jag täckes af jorden en gång!
Jag är till ära ej född, ej danad till krigiska lekar,
Blott under Amors baner ödet att kämpa mig bjöd.
Du — ack, dväljes du än vid Paktolus, som Lydiens tegar
Vattnar, om Joniens fält famna dig mildt i sitt sköt,
Ja, hvarhelst du din ban öfver land eller svallande vågor
Styrer, med villig håg öfvande embetets pligt —;
När på en ledig stund din tanke vill dröja hos skalden,
Vet, att hon oblid är, stjernan, som lyser min stråt.

7.

Medan, o Pontikus, du det kadmeiska Thebe besjunger,
Skildrar de blodiga svärd, broder mot broder har höjt,
Och — på min tro — till slut gör platsen för fursten Homerus
Stridig, om ödet blott vill gynna ditt sångarekall,
Nödgas jag, som förut, blott kärlekens strider bedrifva,
Söker bekämpa med sång kärestans småtyranni.
Kärlekssmärtan jag mer än skaldeingifvelsen tvingas
Lyda och klaga, att städs lifvet blott sorger beskär.
Så han förrinner, min dag; min ära jag häruti söker,
Önskar, att namn såsom skald härifrån vinna jag må.
Mig man prise en gång, att jag ensam behagat den vittra
Flickan, som ofta likväl bannat med orätt sin skald;
Träget i kommande tid den förhånade älskarn mig läse,
Skildringen af mitt qval hele hans svidande bröst!
Men om Amor en gång från säkert träffande båge
Sårat ditt hjerta också, — gudar förskonen min vän! —
Ack, med tårar du då får förnimma, att stridernas tummel
Tystnar, att evigt dam höljer de tappres bedrift.
Fåfängt stämmer du då till mildare toner din lyra:
Amor, kallad försent, dröjer att höra din bön.
Då som en lycklig skald du ofta din vän skall beundra,
Främst mig ställa ibland romerska snillenas rad.
Aldrig en yngling skall till min graf sig närma med tystnad:
„Här,“ så han talar, „en skald hvilar, som tolkat vår glöd.“
Derföre vakta dig väl att med stolthet förakta min sångmö:
Kommer kärleken sent, kommer med ränta han ock.

VIII.

Tune igitur demens, nec te mea cura moratur?
An tibi sum gelida vilior Illyria,
Et tibi iam tanti, quicumque est, iste videtur,
Ut sine me vento quolibet ire velis?
Tune audire potes vesani murmura ponti
Fortis et in dura nave iacere potes?
Tu pedibus teneris positas fulcire pruinas,
Tu potes insolitas, Cynthia, ferre nives?
O utinam hibernæ duplicentur tempora brumæ,
Et sit iners tardis navita Vergiliis,
Nec tibi tyrrhena solvatur funis arena,
Neve inimica meas elevet aura preces,
Atque ego non videam tali sub sidere ventos,
Cum tibi provectas auferet unda rates,
Et me defixum vacua patietur in ora
Crudelem infesta sæpe vocare manu!
Sed quocumque modo de me, periura, mereris,
Sit Galatea tuæ non aliena viæ,
Ut te, felici prævecta Ceraunia remo,
Accipiat placidis Oricos æquoribus.
Nam me non ullæ poterunt corrumpere tædæ,
Quin ego, vita, tuo limine verba querar;
Nec me deficiet nautas rogitare citatos
„Dicite, quo portu clausa puella mea est?“
Et dicam: „licet atraciis considat in oris,
Et licet eleis: illa futura mea est.“

* * *

Hic erit, hic iurata manet, rumpantur iniqui!
Vicimus: assiduas non tulit illa preces.
Falsa licet cupidus deponat gaudia livor:
Destitit ire novas Cynthia nostra vias.
Illi carus ego et per me carissima Roma
Dicitur, et sine me dulcia regna negat.
Illa vel angusto mecum requiescere lecto
Et quocumque modo maluit esse mea,
Quam sibi dotatæ regnum vetus Hippodamiæ
Et quas Elis opes ante pararat equis.

8.

Rasar du, Cynthia, säg? Qvarhåller dig icke min smärta?
  Skattar du högre än mig frost på Illyriens fält?
Har denne stackare väl så högt i din gunst kunnat stiga,
  Att utan mig du vill resa, hvart vinden än för?
Kan du väl höra med lugn på de rasande vågornas stridssång?
  Sedan mot relingen hård låta till hvila din kind?
Kan du mot rimhöljd mark fin kylliga fötterna stödja,
  Lida de massor af snö, aldrig ditt öga än såg?
Ack, huru önskar jag dock, att vinterns timmar fördubblas,
  Att Plejaderna sent seglaren mana till färd,
Att från Etruriens strand skeppskettingen icke må lösas,
  Att ej en oblid fläkt gör mina böner till skam!
O, att jag icke må se för din flykt så gynnande vindar,
  Att du af vågen blir förd ut på det svallande haf;
Att vid den ödsliga strand jag fjettrad må nödgas att ofta,
  Lyftande hotfull hand, nämna dig, Cynthia, grym.
Dock, trolösa, hur hårdt du än nu min kärlek behandlar,
  Må Galatea din färd främja — min önskan det är —,
Att, efter lycklig seglats förbi den Cerauniska udden,
  Orikos' fridsamma våg sluter dig mildt i sin famn!
Aldrig, min älskling, skall jag af en främmande låga förhindras
  Att med saknadens sång klagande nalkas din dörr;
Aldrig försumma jag skall att spörja de brådskande sjömän:
  „Sägen, i hvilken hamn döljer min flicka sig nu?"
Det jag ock svär: „hvarhelst hon än dväljs, vid atraciska kusten
  Eller på Elis' fält, min skall hon blifva likväl."

* *
*

Här — så hon svor — skall hon stadna, ja här! Må de vrånge nu rasa;
  Segern är min, ty min böns ifver betvang hennes själ.
Nu från sin falska triumf lär gulblek ilska få afstå;
  Cynthia min nu förblir, flyr icke bort från sin vän.
Kär för henne jag nämns, och för min skull älskar hon äfven
  Rom; men, skild ifrån mig, lockas hon ej af en tron.
Hellre hon går med mig på det hårdaste läger till hvila,
  Nöjd med den ringaste lott, får hon blott nämna sig min,
Än hon egde den kungligt begåfvade Hippodamias
  Forna välde, den makt, Elis på täflingar vann.

Quamvis magna daret, quamvis maiora daturus,
Non tamen illa meos fugit avara sinus.
Hanc ego non auro, non indis flectere conchis,
Sed potui blandi carminis obsequio.
Sunt igitur Musæ neque amanti tardus Apollo,
Quis ego fretus amo: Cynthia rara mea est.
Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis:
Sive dies seu nox venerit, illa mea est,
Nec mihi rivalis certos subducit amores.
Ista meam norit gloria canitiem.

Rikliga skänker han gaf, än större han lofvade gifva:
Vinningslystnaden ej drog henne bort ur min famn.
Henne jag icke med guld, ej med indiska perlor förmådde
Böja, men blott med min sångs innerligt bedjande ton.
Så till den älskandes hjelp Apollo och Muserna skynda;
Hoppfull kärlek till dem blickar, ty Cynthia är min.
Nu kan jag lyfta min fot till dans bland de strålande stjernor;
Komme nu dag eller natt: ljufvaste skatten är min.
Ej skall en fruktad rival beröfva mig kärlekens visshet;
Njute jag denna triumf ännu i lefnadens höst!

Commentarii.

Elegia I.

Propertius, nondum amori deditus, nisi quod vix mutata toga a Lycinna, Cynthiæ ipsius serva (cf. III, 15, 43.), sacris Veneris erat initiatus (cf. El. III, 15, 6.), Cynthiam misere amare coeperat. At illa diu duram se præbebat atque adversus omnes ejus preces prorsus obstinatam. Ita per annum frustrata erat poëtæ nostri amorem, donec ille, flagrantissima libidine, cui non erat satisfactum, accensus, castas omnino puellas odisse didicit (vv. 1—8). Quare ab Amore, qui tamen alios multos adjuverat, destitutus, quum magorum artes venificarumque frustra advocasset, amicorum fidem implorare coactus, illos orat, ut remedia sibi quærant vel acerbissima, quibus sanari possint vulnera pectoris. Ad id assequendum non recusat, quin ad extremas orbis terrarum partes exsulatum eat (cf. I, 6.) (9—30). Illos vero, quibus propitius sit Amor, iterum ac sæpius monet, ut ipsius edocti malis, semper apud puellas suas remaneant (31—38).

V. 1. *Cynthia*, ex consuetudine poetarum romanorum fictum nomen pro Hostia.

V. 3. *lumina constantis fastus* (liberioris usus genitivi qvalitatis, qui dicitur, exemplum) i. e. oculos, qui antea constantem significaverant fastum v. arrogantiam.

V. 7. *furor hic* i. e. furens v. ardens meus in Cynthiam amor.

V. 8. *adversos deos*, Venerem atque Amorem.

V. 9—18. Alii quidem laboribus perferendis et præclare rebus gestis puellas domare potuerunt; ipse ab diis destitutus, perseverantia sua nihil profecit ad Cynthiæ duritiam frangendam.

V. 9. *Milanion*, heros quidam arcadicus.

Tullus juvenis erat eximiæ spei nobilitatisqve, poetæ nostro familiarissimus, cujus nomine inscriptæ sunt ell. I, 1. 6. 14. 22. III, 22.

V. 10. *Jasis*, Atalanta arcadica, Iasi filia, cf. Ov. Metam. VIII. 316, 380.

V. 11. *Parthenius*, mons Arcadiæ.

V. 12. *videre* i. e. adire, experiri.

V. 13. *Hylæus*, Centaurus, qui Atalantam amavit et ab ea confossus est. *rami*, genit. causalis. V. Nägelsb. Lat. Stil. p. 273.

V. 15. *potuit domuisse* pro p. domare v. domuit, qui usus infinitivi perfecti apud Prop. est frequentissimus, cf. I, 17, 1. II, 16, 3. 13, 11, 12. al.

V. 18. *notas vias*. „Non satis docuerunt interpretes, quæ viæ Amoris dicantur notæ (antea). Sunt autem eæ, quibus ille deus insinuare se pectoribus puellarum solitus erat." Hertzb.

V. 19. *fallacia deductæ lunæ* i e. facultas magicis artibus lunæ deducendæ, quæ quidem facultas iam comprobata est. (Cf. III, 12, 3. IV, 3, 63).

V. 20. *in magicis sacra piare focis* i. e. magicis adhibitis artibus sacra pia facere ad magicos v. inferos deos placandos eliciendosque.

V. 22. *pallor* frequens est apud poetas amoris indicium.

V. 24. *Cytaine* eadem est ac *Cytæis* II, 4, 7. i. e. Colchica, Medea. Est non. patron. a Κύτα v. Κυταία, Colchidis, ut videtur, urbe, ductum. (Cf. heroine i. q. herois, Nerine i. q. Nereis Verg. Ecl. VII, 37, Neptunine Catull. LXIV, 28).

V. 27. *ferrum, ignes*. „Docte ab arte chirurgica metaphoram duxit. His enin duabus rebus potissimum vulnerum curatio continetur; et aptum est simile ad violentiam remediorum significandam." Hertzb.

V. 28. „Libenter remediorum cruciatus feram, dummodo iracunda verba, quæ nunc amore captus miser retineo, in morosam dominam palam ingerere liceat." Hertzb.

V. 20. *Ferte*: intell. *me* v. *meum iter*.

V. 31. *facili annuit aure* i. e. faciles præbet aures v. favet.

V. 32. *sitis pares*: „pari mente, sensibus iisdem, vos cum puellis." Interpres francogall.

V. 33. *in me Venus noctes exercet*, cf. exercere crudelitatem in aliquo.

V. 34. *vacuus defit amor* (πρόληψις et ὑπαλλαγή) i. e. mihi defit amor, ita ut eo vacuus sim. At vacuus amor h. l. fortasse idem est atque amor, cui non respondetur.

V. 36. *cura* i e. puella, quæ curam v. amorem iniicit alicui.

Elegia II.

Poeta noster, Cynthiæ amorem iam adeptus, nimia puellæ ostentatione vituperata atque venditatione (vv. 1—6) exemplis docet et a natura et ab antiquitate petitis fucum lenociniaque præ simplici veritate mullius omnino esse pretii (7—24). Quare sperat fore, ut Cynthiam, ipsius amore contentam naturæque atque deorum muneribus, luxus tædeat vanitatisque (25—32).

V. 1. *vita*, vocabulum amatorii sermonis frequentissimum, i. q. tu, quæ vitam mihi das.

V. 2. *Coa veste:* abl. pro genit. cf. I, 4, 13. II, 13, 23. 32, 13. 34, 91.

Vv. 1 et 2 ipsis his verbis iterantur IV, 5, 55, 56.

V. 3. *Orontea* i. e. Syriaca.

V. 4. *te vendere* i. e. te ostentare v. commendare, cf. Hor. Ep. II, 1, 75, Cic. Att. XIII, 12, 2.

V. 8. *formæ artificem,* eum, qui propriam suam formam arte adiuvat.

V. 9. *summittit,* intell. *sponte sua* insequentis versus. *formosa,* h. l. pulchras formas efficiens, cf. I, 4, 7.

Vv. 9—11. *summittit — veniant — surgat — sciat:* eadem modos verborum permutandi ratione utitur Prop. II, 16, 29, 30. 34, 34—37. III, 5, 26—46, sæpius. Cf. Hor. Od. I, 8.

V. 10. *melius,* intell. *quam arte.*

V. 11. *in* i. e. iuxta, cf. I, 3, 6.

V. 12. *indociles,* sensu passivo, i. q. quas currere non didicit.

V. 13. *collucent:* Hertzb. *prælucent,* eodem fere sensu.

V. 14. *nulla arte,* abl. abs.: si nulla ars adest.

V. 15. *Leucippis,* Phoebe, Leucippi Peloponnesi regis filia. *Non sic,* non istis artibus, non rebus arte petitis, sed propria sua forma.

V. 17. *Idæ quondam et Phoebo discordia* (meton.) i. e. ea, quæ quondam causa fuit discordiæ inter Idam Phoebumque exortæ.

V. 18. *Eveni filia,* cui nomen erat Marpesa. Evenus nomen suum dedit Lycormæ fluvio.

V. 19. *Phrygium maritum* (amatorem), Pelopem.

V. 20. *Hippodamia,* Oenomai filia.

V. 25. *istis* i. e. rivalibus, amatoribus ex vulgo conquisitis.

V. 28. *Aoniam,* boeotiam. *Calliopen* inter novem sorores Prop. quodammodo sibi elegerat tutelam.

V. 30. *omnia* et. q. s.: nec desint tibi quæcunque probat V. et M.

V. 31. *nostræ vitæ,* mihi, dum vivo.

V. 32. *tædia* poet. pro *tædio.*

Elegia III.

Ex nocturna quadam comissatione sero reversus Cynthiam suam dormientem invenit poeta (vss. 1—10). Venustate puellæ captus intentis oculis in ea contemplanda hæret, donec curiosæ lunæ radiis experrecta illa (11—33) in iniurias amatoris perfidiamque acerbe invehitur (34—46).

V. 2. *cnosia,* cretensis intell. puella i. e. Ariadne, filia Minois.

V. 4. *Andromede* Cephei Aethiopum regis filia. De ea vide Ov. Metam. IV. 663 sqq. *accubuit.* h. l. i. q. cubuit.

V. 5. *Edonis,* Baccha, Mænas. Edoni erant Thraciæ incolæ ad Strymonem fluvium habitantes, a quibus Bacchi celebrabantur orgia.

V. 6. *Apidanus,* Thessaliæ flumen. *in herboso Ap.* pro ad herbosum Ap. i. e. in ripis herbosis fluvii Apidani.

V. 9. *multo Baccho,* abl. causæ. *ebria vestigia,* ὑπαλλαγή pro ebrius (ita etiam ebria verba, ebrius gradus, ebria nox Mart. 10, 47.), cf. I, 16, 42. II, 5, 21.

V. 14. *durus,* imperiosus.

V. 16. *arma sumere,* ad pugnam accingere i. e. ludum amatorium incipere.

V. 20. *Inachis,* Io, Inachi filia, a Iunone in vaccam cornigeram mutata et Argo custodienda tradita; cf. Ov. Metam. I, 568

sqq. Ignota erant cornua Argo, quoniam nesciebat, quis vere esset vacca.

V. 22. *ponebam tuis temporibus:* ita sæpe *ponendi* verbum cum ablativo conjungitur; cf. II, 9, 45. 11, 2. 34, 59. IV, 10, 28.

V. 24. *furtiva,* adiect. pro adv.

V. 32. *luna moraturis luminibus* i. e. oculis, qui in Cynthia intuenda morari volebant; cf. IV, 7, 22. Hertzb. vero ad hunc locum: „*luna mor. lum.,* i. e. quæ morari debebant, quæ certe, si me secuta essent, — diutius erant commoratura.“ Quod mihi quidem nimis longe petitum videtur, quum hic insit prosopopoeia, quam vocant.

V. 36. *clausis:* πρόληψις.

V. 37. *meæ,* mihi debitæ v. promissæ.

V. 41. *fallebam somnum* i. e. fallendo v. furtivis artibus somnum capiebam.

V. 43. *leviter,* summissa voce.

V. 44. *moras,* intell. tuas.

V. 45. *lapsam* i. e. ita ut laberer.

V. 46. *illa cura* et q. s.: id, quod sopor me jucundis alis impulit, medicina fuit mihi lacrimanti. *ultima cura,* ultimum v. unicum auxilium.

Elegia IV.

Quærit poeta, cur non patiatur Bassus se vitam ducere Cynthiæ obnoxium (vv. 1—4). Frustra eum alias eximiæ formæ puellas laudibus tollere, Cynthiam enim præter ceteras omnes et forma et aliis iisque maioribus bonis enitere (5—16). Quare eum omnibus conatibus se a Cynthiæ amplexu divellendi nihil aliud quam odium sibi contracturum Cynthiæ (17—26). Cujus amore ut semper frui sibi liceat, mire exoptare (27, 28).

V. 1. *Bassus* videtur nobilis ille fuisse iamborum scriptor, quem commemorat Ovid. Trist. IV, 10, 47: Ponticus heroo, Bassus quoque clarus iambo.

V. 5. „*Antiope Nycteis,* Nyctei filia, quam a Lyco repudiatam Iuppiter amavit.“ Interpres Francogallicus.

V. 6. *Hermione*, Menelai et Helenæ filia.

V. 7. ὑπαλλαγή. Vide tamen ad I, 2, 9. *temporis ætas*, πλεονασμός, apud Propertium haud raro occurrens (cf. I, 5, 7. 10, 30. 13, 2. III, 2, 20.).

V. 9. cf. I, 5, 7.

V. 10. *duro judice* i. e. quamvis durus v. severus sit iudex. *turpis sedt*, quippe inferior.

V. 13. *ingenuus color* i. e. talis color. habitus, cultus, qualis decet ingenuam puellam; (cf. color urbanitatis, c. tragicus, c. philosophi). *artibus*, abl., cf. I, 2, 2. II, 34, 91.

V. 16. *hoc magis te fallit uterque nostrum data invicem acceptaque fide.*

V. 17. *sciet insana puella*, sciet et insana erit.

V. 18. *tibi hostis erit* i. q. te impugnabit. *vocibus:* de abl. cf. ad v. 23.

V. 23. *nullas contemnet* i. e. omnes resperget. „Non contemnere cum idem sonet quod adire, adorare, quid velit ablativus satis patet.“ Hertzb.

Elegia V.

Gallum hortatur poeta, ne impediat, quominus ipse et Cynthia inter se amore conjuncti maneant (vv. 1, 2), neve ejus sibi conciliare amorem conetur. Etenim Cynthiam non similem esse vagis istis puellis, quæ primo cuique occurrenti se dedant (3—8). Quod si illius votis minus se præbeat contrariam, innumerabiles curas eam cruciatusque, quibus mederi non possit, illi esse commoturam (10—30). Quare desinat Gallus Cynthiam tentare, nam impune id eum non esse facturum.

Hunc Gallum, cui inscriptæ sunt hujus libri ell. 5. 10. 13. 20 probabile est æliæ fuisse gentis. Diversus erat ab Cornelio illo Gallo (II, 34, 91), qui præclarus elegorum scriptor (etsi durior teste Qvinct. X, 1, 93) idemque Aegypto præfectus se ipse interemit anno a. C. n. 26.

V. 2. *pares*, coniuncti, cf. I, 1, 32; „metaphora ab iugo ducta." Hertzb.

V. 7. *collata*, „si collata cum istis fuerit." Int. Fr.

V. 8. *tibi*, dativus ethicus, qui vocatur.

V. 10. *quanta* h. l. i. q. quot.

V. 11. Somnum tibi eripiet oculosque tuos ita occupabit, ut nihil omnino nisi eam ipsam inspicere tibi liceat, cf. I, 9, 27, 28. IV, 1, 143, 144. Oculos capere v. rapere apud poetas sæpe dicitur eodem fere sensu atque amorem alicui iniicere, cf. I, 9, 15. II, 30, 10. Ov. Heroid. II, 19, 19. Satis probabilis tamen est etiam Burmanni interpretatio: „stabit semper tibi ante oculos, nec te relinquet, sive somnum captes, seu vigiles, sueth.: drömmen skall te hennes bild; för ditt öga hon ständigt skall sväfva.

V. 14. *singultu*, ablat. causæ.

V. 16. *ducet notam*: „timor confundet et distorquebit lineamenta faciei." Hertzb.

V. 20. *exclusum abire domum* idem fere est qvod exclusum abire v. excludi.

V. 26. *rumor*, cf. II, 21, 7.

Elegia VI.

Propertius, quum a Tullo esset rogatus, ut secum Athenas adiret Ásiamque, nullum omnino respondet esse locum, ad quem cum amico ire vereatur (vv. 1—4). At Romæ se retineri, precibus puellæ lacrimisque victum (5—18). Quare amicum, amore vacuum, ut rebus præclare gerendis quam maximam sibi laudem acquirat, hortatur, ipsum vero, quippe qui laudi non sit natus, Amoris militiam factitare sinat (19—30), amici sui, gravibus puellæ vinculis constricti, non oblitus (31—36).

Eleganter Hertzbergius hoc carmen disponit hunc in modum: „Exordio," dicit, „i. e. στρ. α. (vv. 1—4) amicitæ suavis testatio continetur, cui ἀντιστρ. α. (5—10) opponuntur firmiora amoris vincula,

ἐπῳδ. α΄. (11, 12) quibus *constrictum* se poeta fatetur.

Iam vero

στρ. β΄. (13, 14) terrarum cum amico visendarum studium

ἀντιστρ. β΄ (15—18) timore puellæ iratæ et abrupti foederis verecundia

ἐπῳδ. β΄ *vincitur.* — Hæc tamen pars significatur potius quam pronuntiatur; sola enim interrogandi figura continetur. —

Ergo

στρ. γ΄. (19—24) valere amicum iubet et fortiter maiora sua sidera sequi.

ἀντιστρ. γ΄. (25, 26) Se merito, ut fata sua expleat, relinqui.

ἐπῳδ. γ΄. (27—30) *Solatium* enim amissi amici malorum societate se quæsiturum.

στρ. δ΄. (31—34) Iterum valere iubet eum et fortuna sua uti.

ἀντιστρ. δ΄. (35, 36) Se duro fato victurum esse.

Hæc autem extrema sententia cum ἐπῳδῷ pertexta coaluit. Illa enim (quæ v. 35 potissimum significatur) sic dolorem mitigat, ut amicitiam, quæ præsentia ali non possit, memoria certe Tulli fotum iri promittat."

V. 2. *ægæo salo vela ducere* i. e. in ægæum mare navigare, cf. Verg. Aen. I, 34, 35.

V. 3. *rhipæi montes,* fabulosa quædam regio septentrionibus subiecta.

V. 4. *ulterius* i. q. ultra. *memnoniæ domus,* Aethiopia.

V. 7. *argutari* v. argutare, verbose et argute dicere v. enarrare.

V. 8. *relicta,* si a me relinquatur, cf. I, 5, 7.

V. 10. *quæ solet,* intell. *minari. ingrato:* alii ex auctoritate librorum Mss. *irato,* quod vix defendi potest. *tristis* id. fere est quod irata, cf. I, 10, 21.

V. 11. *his querelis* pro *in h. q.*, cf apud Liv. „hiemem durare in castris."

V. 12. *lentus* i. e. frigide (adj. pro adv.), sine acriore quadam animi permotione.

V. 17. *sibi debita* et q. s.: locus ab interpretibus varie tentatus atque explicatus. At nihil inest hic difficultatis, si statuimus verba *sibi debita* (intell. *esse*) posita esse eodem sensu atque *a se deberi* v. *se debere* (*sibi*, dat. agentis, qui dicitur).

V. 19. *anteire* h. l. nihil aliud esse nisi comitari v. præsto adesse contendit Hertzb. At repugnat huic rationi verba *interpretandi* non minus *conandi* verbum huius versus quam insequentes vv. 25, 26, 29, quibus opponit se poeta noster amico. Sensus igitur verborum hic est: tu ad res gerendas acquirendamque laudem natus factusque es, non item ego. Quare ut amoribus meis deditus vitam ducam concedas, velim. *patrui:* hic erat L. Volcatius Tullus L. F., qui consul fuerat a. C. n. 33.

V. 20. *sociis*, orientis gentibus, ad quas iturus erat Tullus. *oblitis* propter civiles discordias.

V. 21. *cessavit*, otiose dedita fuit.

V. 22. *fuit*, intell. *tibi*. *et*, al. *at*.

V. 24. *afferat*, conj. potent. *lacrimis meis*, mihi lacrimanti, cf. I, 3, 46. 19, 18. *omnia nota*, cf. I, 15, 1. III, 18, 14.

V. 26. *extremæ* i. e. usque ad mortem.

V. 30. *hanc*, Amoris.

V. 34. *pars eris accepti imperii*, particeps eris imperii tibi accepti.

V. 35. *hora non immemor mei*, hora, qua mei memineris.

Elegia VII.

Dum Ponticus grandibus versibus mirificas persequitur heroum pugnas, ipsi Homero tantum non parem se putans (vv. 1—4), Propertius nihil aliud quam amoris dolores gaudiaque carminibus celebrat, per id ipsum nomen se assecuturum sperans (5—14). Videat tamen ille, ne, certo concussus arcu Amoris, omisso epico genere molles componere cupiat elegos. Quod vero frustra esse tentaturum, quippe sero (15—20). Se contra divinis ornatum iri laudibus, utpote qui omnium sensus depinxerit intimos (21—24). Quare ne se contemneret ille; tardum enim Amorem solito magis esse imperiosum (25, 26).

V. 1. *Ponticus*, poeta quidam heroicus Propertio æqualis, cui inscripta est etiam el. I, 9.; cf. Ov. Trist. IV, 10, 47.

V. 2. *arma fraterna*, bellum inter Eteoclen et Polynicen gestum.

V. 3. *primo*, principi. *contendis* dativo adiunctum ut sæpissime apud poetas certandi verba.

V. 6. „*quærimus* pro *excogitamus* positum est. Quo accepto, cum præpositio *in* cum accus. adversandi potestatem fere semper habeat, non modo idem esse, quod quærimus aliquid de domina, sed etiam: quo dominæ duritiem nobis expugnemus, confitendum est.“ Hertzb.

V. 9. *hic vitæ modus conteritur* pro hoc modo vita c.

V. 11. *laudent*, laudantes dicant.

V. 15. *puer hic*, Cupido; cf. I, 6, 23. 19, 5.

V. 16. *evoluisse*; „codices omnes: *eviolasse*. Sed mire dictum, non modo nove, pro pecasse. Neque vero peccant dii, si sortem hominibus fere communem ab uno non arcent. Sed optimum, quod Itali invenerunt, si modo invenerint nec casu incorruptum iis antiquitus sit traditum: *evoluisse*. Nam, si usquam, in amore fatalium staminum vis immortalis manet.“ Hertzb. At fortasse legendum est *te violasse*.

V. 17. *longe*, valde, vehementer.

V. 18. *flebis*, ad normam querendi verbi accusativo c. inf. iunctum, cf. II, 27, 7. III, 9, 37. *Surda*, passivo sensu i. q. muta, cf. IV, 5, 58. Verg. Aen. II, 453: cæcæ fores.

V. 23. *sepulcro nostro* i. e. ad s. n. *reticere non poterunt* i. e. facere non poterunt, quin exclament, cf. I, 18, 31. II, 25, 2.

Elegia VIII.

Hæc elegia proprie ex duabus constat, quarum altera (vv. 1—26) simul precibus votisque adhibitis a peregre proficiscendo dehortatur Cynthiam poeta, altera lætatur, quod preces suas audiverit puella. (27—46).

V. 3. *iste, quicumque est*, cum contemptu dictum de rivali, cf. II, 16.

V. 7. *fulcire* i. q. premere v. calcare. *pruinas:* Hertzb. mavult *ruinas*, quod idem esse contendit atque aquas coelestes, grandinem, nivem, quam tamen significationem, licet dicant scrip-

tores *coeli* ruinæ, ruina *aquarum*, *grandinis* tal., habere posse solum ruinarum vocabulum credere vix equidem animum inducere possum.

V. 10. *Vergiliæ*, Pleiades, quibus orientibus æstas in Italia incipit.

V. 12. *elevet*, irritas faciat.

Vv. 13—16 satis præbent difficultatis. Alii enim *tales* (i. e. quales nunc sunt: procellosi, adversantes) *subsidere* legunt, al. malunt *tali sub sidere;* al. *cum* (v. 14), al. *queis;* al. *auferet*, al. *auferat;* al. denique *patiatur*, al. *patietur* v. *patieris* v. *patienter*. Longum est omnia ordine recensere. Quare ut Hertzbergium adeas suadeo. Neque tamen ejus interpretandi modus satis mihi probatur. Quod enim dicit promptissimam fieri sententiam legendo: *tali sub sidere*, cave ne id artificiosius abstrusiusque quam verius dicatur. Legendum conjicio *succedere* eod. fere sensu atque exoriri. Quod vero contendit verbum *infesta* h. l. sensu passivo esse accipiendum, valde miror. Quid tandem vult illud: invisa manu aliquem vocare? Licet enim nullum omnino irati animi vestigium in hoc carmine insit — neque id mirum, quoniam adhuc sperat poeta fore, ut precibus suis commota Cynthia remaneat —, proficiscenti si simul infestam i. e. minaciter sublatam manum intentaturum se simul puellam crudelem vocaturum denuntiet, quid est, quod miremur?

V. 14. *cum* i.. q. quo (quibus). *tibi*, dat. commodi, qui vocatur. *provectas rates* i. e. ex portu egressam navem. *auferet*, in altum provehet·

V. 15. *patietur* i. fere q. coget.

V. 19. Locus dificillimus. Vulgatum huius versus legendi modum prorsus reiiciendum puto. Quem quum tueri conatus est Hertzb. parum, opinor, proprietati serviit latini sermonis. Etenim nihil omnino ad rem quæ ad sententiam suam firmandam adiungit exempla. Recte igitur interpres francog.: „Vitiare linguam eos, qui *prævecta* vocativo casu positum contendunt esse, tam clare liquet, ut rationes omitti possint, quæ tale genus interpretationis evertant.“ Neque tamen multo probabilius est, quod ipse auctore Lachmanno proponit: *vites* pro *ut te*. Nam præterquam quod ita obiectum, quod vocant, accipiendi verbo deerit, nimis etiam redundanter dicitur: *vites prævecta*. Legi potest: *ut te prævectam facili Acroceraunia remo*. Neque tamen pro certo af-

firmaverim ita prorsus scripsisse Propertium. Quum vero mutandum aliquid esset, quo mihi in mentem venit modo mutavi.

V. 19. *prævecta* i. e. prætervecta.

V. 20. *Oricos*, portus Epiri.

V. 21. *non ullæ tædæ*, nulli alii v. novi amores.

Vv. 21, 22. Hertzbergius Lachmanno assentiens affirmanti *verba queri* nisi addito adiectivo absurdum esse, *vera* pro verba inserens ita huius loci sententiam interpretatur: „sententia," dicit, „hæc est: non alienus amor me ita corrumpet, ut tibi iniuriam faciam et ante tuas fores (ut solet improba turba) iniqua querar." *qvin vera querar* i. e. quin vera tantum querar v. quin ea tantum querar, quæ vera sint. Quæ interpretatio vera sit falsane, haud ambigam. Accepta tamen ea parum apte cohærere videntur hi versus non minus cum præcedentibus quam insequentibus: felix tibi dent placidi dii iter, nam nihil de te nisi verum querar nec me deficiet et q. s. Itaque legendum coniicio *acerba* pro *vera* v. *verba:* Nam me i. e. me quidem (hvad mig beträffar) non ullæ corrumpent tædæ, quin tuo limine (etiam te absente) *acerba* i. e. acerbas iniurias a te mihi illatas querar.

V. 22. Lachm. coniicit *fida* pro *vita*, quæ mutatio luculentam reddit sententiam.

V. 23. *citatos* aut celeres aut appellatos. *nec me deficiet rogitare* i. e. nec rogitare prætermittam v. desinam.


V. 25. *dicam* i. e. pro certo affirmabo, iurabo. *atraciis*, thessalicis; Atrax enim urbs erat Thessaliæ.

Vss. 25, 26. Licet tu præsenti tempore perfida sis, ego vero spem non abiiciam fore ut, constanti meo amore victa, in amplexum meum revertaris.

V. 27. *rumpantur*, dolore et invidia.

V. 35. *Hippodamia*, v. I, 2, 20.

V. 36. *equis*, „Olympicis quadrigarum certaminibus et omnis Græciæ ad ludos istos concursu" Int. francog.



[illegible] ita [illegible] scripsisse Propertium. Quam vero [illegible] [illegible] aliquid [illegible], qui mihi in [illegible] venit modo [illegible]

V. 19. [illegible] a se praetervecta.

V. 20. *Oricos*, portus Epiri. [illegible]

V. 21. *non illa [illegible]*, nulli [illegible] amaret.

V. 21, 22. Hertzbergius [illegible] assentiens affirmanti [illegible] quae hic [illegible] adjective [illegible], esse pro verba [illegible] totius loci sententiam interpretatur [illegible] sententia [illegible] non [illegible] corrumpit, at [illegible] [illegible] [illegible] quae [illegible] [illegible] quia ea [illegible] quae [illegible] interpretatio [illegible] haud ambiguae [illegible] observo [illegible] his [illegible] non [illegible] felix [illegible] verum [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible]

V. [illegible] nostro [illegible]

[illegible] tam [illegible]

V. 23. [illegible]

[illegible]

V. 25. [illegible]

[illegible]

[illegible] [illegible]

[illegible]

V. [illegible]

V. [illegible]

V. 30. [illegible] tibiis [illegible]

[illegible]